

Supplex libellus legali Livoniæ Ferdinando
Rom. Regi contra Archiepiscopum Rigensem
exhibitus. Ex Archivo Regni Lib. legationum
Lit. O. folio. 387.

73
Serenissime et excellentissime Princeps Domine Clementissime
Dua causa Illustris Princeps Dominus Henricus de Galen,
Ordinis Theutonici in Livonia Magister et Dominus Guil-
helmus Furstenberg Illustratissimus Coadiutor, Domini mei
clementissimi, bellum reverendissimo domino Archiepiscopo
intulerunt, ita Regia Maiestas vestra accipiat velim. Postea
aquam Domini mei, tum ex literis ad illustrem dominum
in Prussia Ducem scriptis, tum ex aliis certissimis argumen-
tis, atque signis intellexerunt. Reverendissimum Dominum
Archiepiscopum cum Duce Prussiae omnes vias persequi,
quibus Livonicam Provinciam, in medium omnium rerum
certamen atque discrimen adducere, illique eversionem inferre
posset, maxime qui Regiam Maiestatem Coloniae, et Mar-
chiones Brandenburgenses vehementer instigare, ab eisque
flagitare solebat, ut illorum opera atque studio cogitata in-
stulataque persequi propositumque suum, et susceptum consilium
perficere posset. Et quamvis Principes mei de Regia Maiestatis
state Coloniae hoc sibi sedulo persuadeant, illam pro ea, qua
est praedita, eximia virtute, et singulari pietate, non se in di-
stineri, et impeditam tenere passuram, aut forte belli studio,
et cupiditate, adductam, cum Archiepiscopo et Duce Prussiae
facturam, sed potius ut Pacta, et Federa inter suum Reg-
num, et illam Provinciam a maioribus suis Regibus Co-
loniae et Magistris Livoniae religione iuris iurandi saevitas
serventur elaboratam, tamen si forte declinabit, a propo-
sito desectetque sententiam petunt, a Regia Maiestate
Vestra admonere eam velit, ne se in rebus controversis
ad nullam partem utilibus inferat, siquidem hoc non
tam Livoniae quam aliarum Germaniae Provinciarum
periculo, et detrimento esse dubium est nemini, maxime
qua captas, reliquas quoque expugnari, atque invadi certum
est, arbitrantur enim Principes mei, eam audaciam,
suo, Regique sui nomine indignum, ac iniquum

1586
iudicativam, ut bellum contra illas suscipiat, aut asilium et opem
reverendo domino Archiepiscopo ferat. Petunt etiam Principes
mei a Regia Maiestate vestra ad illustres Principes Joachi-
mum et Joannem fratres Marchiones Brandenburgenses
de non mittendo Archiepiscopo milite, et exercitu, scribat, et
demq; hortetur, ut ipsum, et collectum revocent, atq; dimittant,
qui si aliter fecerit, neq; monitis aut dicto Regie
Maiestatis vestre obedire voluerint, necesse est tandem
Principes meos, atq; status et Ordines Livonicos ad
sui propugnacionem, defensionemq; concurrere, iudiciumq;
de hoc Regie vestre et Casarea Maiestatis quantumcuq;
illud fuerit subire. Omnibus precibus item Principes
mei a Regia Maiestate vestra contendunt. Ut Joachimo
et Joanne militem et exercitum colligeant, non ipsa
cum iuditionibus suis ex hominibus sue potestatis
colligi patiantur, quod vicissim Principes mei omni
genere studiosius officio suoq; referre Regie Ma-
iestati vestre curabunt.

Regie Maiestatis vestre devotis-
simus Georgius Siben de Wisburg